

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Aliqvot // [Aliquot] Epistolæ Reverendi // Patris Piæ
Memoriæ D. // Martini Lutheri quibusdam Theologis // ad
Augustana comitia Anno 1530 scri//ptæ**

Luther, Martin

[S.l.], 1549

VD16 L 3724

Propheta reverendi patris D. Martini Lut. de causis perdituris Christiana
religionem.

urn:nbn:de:bsz:31-61767

miseretur, in medio furore ridet, ita in media re-
pulsâ precum, impetratas preces dabit, Sicut om-
nia opera diuina sunt mirabilia & incomprehen-
sibilia, cui sunt ea quæ non sunt, fiunt quæ pereunt,
stant quæ cadunt, & nihil est ei omnia, cui gloria
soli, qui solus Deus, solus factor, solus gubernator
omnium. Siue igitur pacem adferetis, ex medio
bello oblatam pacem accipiemus, siue bellum adfe-
retis, æquè pacem ex bello sperabimus, siue per
mortem, siue per uitam, fiat uoluntas Domini, qua
facta fiet & pax nostra in uitam eternam, Amen.
Estote fortes Satane contemptores, crucifixit eum &
quo crucifixus est triumphator in Israel, & osten-
tauit eum propinauitq; nobis eum ridendum, illu-
dendum, insultandum, si credimus in crucifixorem
Christum Dominum & uictorem crucifixoris sui
Diaboli. Nam si nos crucifixerint, uicissim nos eo
ipso crucifigemus eum, & in illa die, uel etiam an-
te ostentabimus eum in palam. Valete anno. 1540.

Nota be-
ne.

PROPHETIA REVERENDI

Patris D. Martini Lut. de causis per-
dituris Christianâ Religionem.

HÆc perdent Christianam Religionem. Pri-
mum obliuio beneficiorum ab Euangelio
acceptorum. Deinde securitas, quæ iam
passim

passim & ubiq; regnat. Postremo sapientia mundi, quæ uult omnia redigere in ordinem, & publicæ tranquillitati impijs consilijs mederi.

Hanc prophetiam Reuerendi Patris iam pro dolor pleno cursu impleri uidemus. Nam cum & alia ingentia mala in Ecclesias Christi grassentur, tum uerò imprimis stulta ueteris Adami sapientia omnia piè rectissimeq; a Deo per Reuerendum Patrem Doctorem Martinum Lutherum constituta funditus euertit, quæ quanquam & pio gemitu lacrimisq; , & impiorum ouationibus triumphisq; & tristissimis Ecclesiæ ruinis redarguatur, tamen sine ulla pœnitentia pergit & sola sapere uideri uult. O stultam mundi sapientiam, & in hac uita
Sed quomodo
tutusquis
hoc cre
dit

piorum impiorumq; iudicijs, atq; adeo ab
ipsa experientia condemnatam, & in
altera uita eterno Dei iudicio
condemnandam & re
probendam.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.